

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1227

**Auteur(s) :** Jean Recuchon [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1264, juillet

**Lieu d'émission :** Tessy

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean dit Recuchon, chevalier, vend, pour 40 livres tournois, et garantit au chapitre de Bayeux son manoir du Quesnay, à Tessy-le-Gras, et tout ce qu'il a à Aubigny, paroisse de Cahagnes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCXLVI, t. 2, p. 174-176.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentis et futuri quod ego Johannes dictus Rechuchon, miles, vendidi et concessi capitulo Baiocensi, pro quadragintis (sic) libris Turonensibus quas habui et recepi a dicto capitulo in pecunia numerata, videlicet manerium meum, quod vocatur Le Quesnay, in parrochia de Tasseio, Baiocensis dyocesis, cum omnibus pertinentiis dicti manerii, et quicquid habebam et habere poteram et debebam in prædicta parrochia, et quicquid michi vel meis hæredibus posset accidere in eadem parrochia, tam in terris, pratis, nemoribus, redditibus et regardis, quam in hominibus, homagiis, serviciis et omnibus rebus aliis, et quicquid habebam similiter et habere poteram et debebam apud Aubeigneium, in parrochia de Kahinnes, et quicquid mihi et hæredibus meis in dicta parrochia de Kahanes posset evenire vel accidere de cetero, quoquo modo ; tenenda et habenda prædicto capitulo hæc omnia supradicta bene et pacifice, absque contradictione et reclamatione mei de cetero et hæredum meorum, libere et quiete ab omnibus redditibus, serviciis et actionibus mihi et hæredibus meis pertinentibus, salvo jure domini capitalis, videlicet, duobus solidis Turonensibus tantum domino Regi annis singulis persolvendis. Et ego prædictus Johannes dictus Recuchon, miles, et hæredes mei tenemur et debemus prædicto capitulo prædictam venditionem et concessionem garantizare et defendere contra omnes, et excambiare alibi in propria hæreditate nostra, ubicumque fuerit, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter, pro pecunia antedicta quam exinde habui et recepi. Et, ut hoc firmum et stabile teneatur in perpetuum, præsentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense julii, coram parrochia de Tasseio.